

Cap. XLVIII. De inganbiatoribus monete. R.ca.

Taliter duximus ordinandum quod nulla persona audeat
 vel possit alicui mercatori¹⁾ forensi gambiare aliquam
 monetam, videlicet grossos denarios a viginti duobus vel a
 viginti sold. veteres, sub pena vigintiquinque libr. par. comuni 5
 solvenda.

Cap. XLVIII. Rubrica de facientibus viros
 corgnam.

Volumus inviolabiliter observare quod, si qua mulier civis
 Tergesti habens maritum fecerit maritum suum cor- 10
 gnam, videlicet quod se carnaliter cum alio homine mi(ni)-
 scuerit fatiando fallum de corpore suo, et de hoc esset notorium
 et publica vox et fama, quod maritus illius mulieris sic com-
 mittentis gaudere debeat et possit omnibus bonis ipsius mu-
 lieris uxoris sue, que ipsa haberet, sine aliquo preiuditio, do- 15
 nec ipsa vicxerit. ¶ Et si talis mulier decederet ante virum
 suum, de bonis predictis liberam habeat potestatem testandi,
 et ea bona legare et dimittere cuicumque voluerit, et ipsa
 mortua, dicta bona incontinenti deveniant cuicumque legaverit.
 ¶ Et si vir decederet ante dictam uxorem suam, bona pre- 20
 dicta revertantur incontinenti ad eandem, et si talis²⁾ mulier
 147 B alicuius // civis Tergesti faciens virum suum corgnam iverit
 ad standum cum aliquo suo concubino, sit perpetuo in banno
 comunis; et si quo tempore pervenerit in forciam comunis, fru-
 stetur et buletur, et nichilominus sit perpetuo adhuc bannita. 25

Cap. L. De herbariis et facturis. R.ca.

Christi gratia suffragante statuimus propter ipsius fidei
 conservationem quod, si qua persona fecerit vel fieri
 faceret herbarias et faturas, propter quas aliquis perderet per-
 sonam vel menbrum vel sensum, conburatur in igne ita quod 30

¹⁾ mercaturi. ²⁾ talis mulier aggiunta marginale.